

BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII


668

BIBLIOTEKA

Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII


669



Bar
162

	Bar 162
162	







PRÆFATIO
In disputationem
DE VOCATIONE MINI-
STRORVM EVANGELICORVM.
Habita in scholis.

M. QVIRINO CNOGLEROLOGICES
& Eloquentiæ in cœtu Evangelico Vilnensi, olim
Professore ordinario.

Addiem 6. Iulij Anni M. DC. III

VILNÆ, Typis Acad. Societ. IESV.



ILLVSTRISSIMIS
AC
AD INCOMPARABLEM MAIORVM SVORVM
LAVDEM

VIRTVTE DVCE
COMITIBVS LITERIS
SVpra SPEM IVXTA ET ETATEM ENI-
TENTIBVS.

DD. DD.

D. NICOLAO CHRISTOPH.

D. ALBERTO STANISL.

FRATRIB. GERMAN.

NEC NON.

D. IOANNI ALBERTO

RADIVILIS

SACR. ROMAN. IMPERI. PP.

DVCIB. IN OLYCA ET NIESVVIESZ

&c. &c.

DD. suis Clementissimis.

HANC SVAM, DISPV TATIONI DE VOCA-
TIONE MINISTRORVM PRÆMISSAM,

ПРОКАТАΣΚΕΥΗΝ.

L. V. M. D. DD. φ

QVIRINVS CNOGLERVS.

&c.

PRÆFA

XVII - 668 - III

PRÆFATIO.



MBELLEM ANIMAM IN
pugnâ ne buccina quidem accendit,
extrâ eam vel fistula, vetus est pro-
uerbium, Auditores Illustres, Ma-
gnifici, Reuerendi, Nobiles. Nam ve-
rum esse, nihil attinet dicere. Res
ipsa loquitur: & ij satis superq; noui

nescio cuius verbi, quod ex Alpium nuper obscuris fau-
cibus erupit, testatum Ministri faciunt. Quis illis
vnquam, cum in suorum versantur circulis, animosi-
or, confidentior, verbosior? Cedunt illis, cum Iuena-
li loquor, a vt vt linguaces illi sint,

a Iuuenal. Sat. 6.

Grammatici, vincuntur Rhetores, omnis

Turba tacet, nec caussidic, nec præco loqui quit.

Planè Mars in linguâ ijs tum est: tum Papiſtas ad
internecionem vsq; omnes cędunt, conficiunt, iugulāt-
tum *φλυαζίασ* eorum non scripturâ modò, sed ratione,
sed omni omninò antiquitate confodiunt. Non abiue-
rim longius. Inter me & vnum de illo genere Epis-
copum, b vt se appellabat, quid nuper adeò sit a cętū,
nemini puto vestrū ignotum est. Voluit ille Catholi-
corū õnes, nou? Pyrgopolynices, copias difflare spiri-
tu, vt vent? folia, aut panniculū tectoriū: voluit demõs-
strare ad oculum, ad rogam vsq; defendere (illius hæc
sunt verba) se, suos omnes, genuinos Pastores, germa-
nos Episcopos, veros & legitimos esse Ecclesię Dei
Ephoros. Qualis miles, quàm gloriarum plenus?
Accinas illud, si audias, Comici. c

b Is fuit. Georg.
Plothovvius
Superintend.
Vilnensis.

c Plaut. in Mill-
te act. 1. Scen. 1.

Centum in Ciliciâ,

Et quinquaginta centum Sycolatronidæ,

A 2

Tri

Triginta Sardi, sexaginta Macedones
Sunt homines, tu quos occidisti vno die.

Sed quid fecit?

Quid tanto dignum tulit hic promissor hiatu? d

d Horat. de art.
Poët.

Nēpe ante pugna bellicosus fuit, extra teli iactū miles.
Quid postea? itum est contra, tergiuersari cepit; cecis-
nerunt signa, arma submisit; inducias quatuordecim
dierum pactus est, quas & tulit: ad manus veniendum
erat, subduxit se, & acie simul ac vrbe excessit. Nō du-
bito, Auditores, quin taciti intrā vos, & rideatis stra-
tioram tam pugnacem, & miremini desultorem tam
leuem, & desertorem tam turpem detestemini. Rectē
omnia, Sed nimirum verum est, quod Plato alicubi di-
cit: vt in palatis, sic in iudicijs hominum est diuersitas.
Equidem vt vnā vobiscum non inuitus rideam stra-
tioram, mirer desultorem: ita tantum tamen abest, de-
sertorem vt detester, vt commendatione potius dignū
existimem. Rectē illum atq; ordine, vt in veteribus
est formulis, fecisse censeo: nec, vt maximē voluerit, a-
liter potuisse. Sciuit ad statariam se Dialecticorum
pugnam euocatum, non sparsam & errantem decla-
matorum velitationē; iugulum hosti præbere noluit.
Legit, si legit tamen, iam olim, vt definiatur Dialectis
eius is D. Augustinum e iussisse, cum quo Legis peri-
ti, in parte Donati, (Caluini ego dixerim,) detrectent
habere colloquium: maluit proavos suos Donatistas
imitari, f & superior declinando pugnam euadere:
maluit cum Emerito g Pseudoepiscopo etiam olim
tergum hosti vertere, quā fixo pede succumbere:
maluit cum Fortunato Manichæo h fugiendo atter-
rere Rempub. Euangelicam, quā incertam de illā
confligendo aleam iacere. Quæ cum ita sint, equidem
sic censeo, vt in proximā synodo, quod felix faustumq;
& fortunatum sit eorum Euangelio, Virtutis ergo,
tota Ministrorum manus, Episcopo qui de Repub.

e August. li. 1. ad-
uerl Crescon.
Grammatic.

f August. lib. 1.
cont. Crescon.
c 3.

g Possid c. 14. in
vitā D. Aug.

h D. August de
act. cum Felice.
Possid c. 6. &
c 13. in Vitā
August.

Caluis

Caluinianâ, sicut fugiens olim Æmilius de Romanâ,
nondum desperauerit, statuam ponat inauratam, in
cuius illud inscribatur coronâ summâ: ANHP
ΦΥΩΝ ΠΑΔΙΝ ΜΑΧΕΤΑΙ ΠΡΟΚΑΤΑΞΕΤΗ.

Verùm ego misso tam forti exercitus Euangelici
Imperatore, ad vos Auditores redeo, imò ad me. De
Vocatione mihi ministrorum. Euangelicorum disse-
rere decretum est. Multa sunt hîc eorû paradoxa, quæ
vel risum mihi mouent vel stomachum: nullum eque,
quàm cum pro exquirendâ nos missione illâ sua, su-
prâ hos fidereos vsq; globos, in cœlum amandant.
Querimus, quis ad excitandum, vt illi iactitant, Euan-
gelium iam sepultum eos miserit, illo quiescere conti-
nuò iubemur.

Est Deus in nobis agitante calescimus illo. i
Quare & Lutherus k En, ait, appello me Euangelistâ
Dei gratia: & titulo insigniui me ipsum. Certus
enim sum Christum ipsum Euangelistam me nomina-
re. Et iterum l Certus sum habere me dogmata
mea de cœlo; quæ & ne Angeli quidem vllius volo m
subire iudicium, iudicaturus eorum testimonio vni-
uersos & homines & Angelos. Et alibi, n Ego n
sum Isaias, Philippus est Hieremias. Cinglius etiam o
Certò noui doctrinam meam non aliud esse, quàm sa-
cro sanctum verumq; Euangelium, quod Dominus per
Spiritus sui reuelationem prædicari à me voluit. Cal-
uinus autem. p Non minus, inquit, ad nos quàm ad
veterem populum, quod habetur apud Ezechielem &
Hieremiam pertinet, Deum depulsis improbis pasto-
ribus, probos daturum & fideles. Nam Lutheri dis q
scipulos lubens prætereo quibus nihil Lutherus aliud,
quàm Angelus Dei fortis, postrema Dei tuba, Prophe-
ta potens in opere & sermone, tertius & vltimus He-
lias. q Θεος τις τῶν θεολόγων. i Doleo vehemen-
ter, Auditores, cum temporis exclusus angustijs, vers-

i Ouid. 6. Fast.
k Luth. in lib.
cont. falsò no-
minat. ordinè
Episcop.
l Luth. in lib. cõt.
Hér. Reg. Ang.
m Sleidan. lib. 3.
Histor.
n Luth. Sermo-
cõiu fol. 488.
o Cingl. tom. 2.
in act. disput.
Tigur. fol 609
p Caluin. de ver.
Eccl. reformad-
ratione. f. 463.

q Ita Amsdorf.
Sarcer. Mathes.
passim in suis
script.
r Mich. Neander
in explanat.
part. orb terræ

fari in hac, vt volo, aperiendā, eorum temeritate nequeo: quæ vnā & Christū nobis alium parit: & nouam à fundamentis Ecclesiam excitat: & musteum planè ac recens Euangelium germinat. Cogor enim, quem admodum qui ad lautè extructam, & bellariorum copiā refertā accumbūt mensam, delibāt potius singula, quam sumunt: sic ego ex immensā eorum, quæ adferri poterant, copiā, attingere magis aliqua, quàm enucleatius, vt decebat, persequi. Quicquid est, agite, & quod huc fecistis vsq; porrò quoq; paxillum mihi & temporis & operę impartimini.

Percontari mihi libet ex musteis illis populi Christiani magistris (quanquā magistri quomodo possunt esse, quorum erroribus scetet doctrina) sed magistris tamē. Instinctus ille, quem præferunt, diuinus: cælestis ille impulsus, vbinam nobis latitet? Vbi? Quid aiunt? Prorsus, inquit, inclusus est in pectoribus nostris, neq; res est eiusmodi quæ forās spectet, & hominum sit oculis peruia. Probè. Sed ego sic accepi, quoscunq; Deus extrā ordinem aliquando excitauit, eos afflatus diuini multa & magna præ se tulisse signa: multas res mirabiles & nouas, vel vno verbo perfecisse; quarum admiratione omnium in se oculos & animos conuerterent. Nempè igitur ab ijs eiusmodi rebus instrueti sunt illi: ijs vel dubitantib; vel repugnantib; etiam fidem possunt facere: agris valetudinem, surdis auditum, aspectum cæcis, mutis vocem, ingressum claudis restituerunt: mortuos ad vitam reuocarunt? Nihil minus, nihil est horum, nihil vt omnes etiam arculas suas excutiant, quod proferre valeant. Ne claudum quidem equum perfanatum à se esse Lutherus fatetur, & id propemodum sibi gloriæ ducit: Caluini autem tem schola tota, & tantum abest, vt miraculis sua velit adstruere, vt miracula etiā omnia ad Antichristi regnum & quasi soliū amandat. Destituti igitur ab hoc sunt argumentorum genere, inanes, aridi. Quid porrò?

alia

f Luth. tom. 4.
com. in I saia.
c. 35.

x Vid. Sadeel. in
refut. Thes.
Posnan. de Ec-
cles. c. 10.

alia ijs sunt sanè bona atq; firma, quibus, nisi sumus obstinatis animis & voluntate, fidem habere debemus. Quæ sunt illa? Verbū Dei habem⁹, aiunt, purū & putū, & defecatū, & ab omni cœno Pontificio liberū: quò & portenta sunt hominū nō homines, qui loquenti Deo per nos, nisi obstupefacti miraculis, nolunt credere. Agnosco Caluinum. Liberè tamen quod sentio, dicā, (licet autem puto. Nec enim Genevæ sum) risum vix est vt teneam, cum hæc audio. Verbum Dei à te stat, Caluine, purum, putum, defecatum. Quæso te, cuius tu hic aras vitulā, Mahumetes an aliud dicit? an aliud Arrius? aliud porrò Lutherani, Ebionitæ, Suenckfeldiani, Flaciani, Hæretici omnes, quotquot vel fuerunt olim, vel sunt nunc? & idem cum dicant omnes, apud te vnum tamen & solum Dei verbum erit purum, putum? Ignosce Caluine, non credo: aut per lilia illa tua te oro, quæ ita amas, vt in dorso etiā circumferas, y sic esse doce. Quid adfers? Prophetica & Apostolica scripta consule. Consului, & multò tibi faueo quam antea min⁹. Quid porrò? Quia planum illud est. At ego pernego, quin approbas te mihi? Quia ego ne latum quidem vnguē à verbo Dei discedo. Quos tu gyros mihi, quas rotas, quos circulos Logodædale fabricas? vbi est acumentuum? Tu ne, vt illud semper, quod in quæstione est positum, de quo vel maximè controuertitur, quasi in plano sit & perspicuo, & extrà omnem dubitationis aleam ita sumas? Quin argumētis tu tibi fidē certis adstruis? Hæres. Videtis Auditores, quò nobis verborum illæ ampullæ de puro, puto & defecato redeant; leui missili confixæ iacent: ariete, quo subruantur, nihil habent opus: refutatum vberiore non desiderāt. Verum enim uerò, quia trophæum illi in hac suâ constituunt iactantiâ; in hoc exultant campo potissimū, adeste, quæso vos, & quæ est vestra humanitas, ex illis Orgijs secretis istorū homi-

u Cal. Inft. lib. 2.
c. 7. & lib. de
scand. pag. 146.

x Azoar. 17. Als.

y Vide Bolsec. in
vit. Calu. c. 5.

- z Calvin. lib. 1. Inst. c. 18. §. 2. lib. 2. c. 4. §. 2. 3. 4. lib. 3. c. 23. §. 2. 4. 7. & c. 24. §. 13
- a Bez. in lib. adu. Sycophā. calū.
- b Philip. in epi. ad Rom. c. 8. edit. Witteber. 1524.
- c Cing. tō 1. lib. de pvid. Dei. c. 6.
- d Cing. ibid. fol. 365.
- e Cal. li. de æter. Dei prædestina. pag. 1007.
- f Idem ibid. pag. 1001.
- g Cal. lib. 3. Inst. c. 23. §. 2.
- h Bez. lib. 2. adu. Heshuf.
- i Bez. cōt. Castel. fol. 340.
- k Bulling. in resp. ad lib. Cochleij de script. & Eccle. auct. c. 7. p. 16.
- l Cal. ep. ad Polon. pag. 946.
- m Melac. in loc. com. an. 45. c. de Christo.
- n Beza in magnā fidei cōfes Gallicā.
- minum, puri illius, & puri verbi, de Deo, de Christo, de Peccato, de Iustitia, de Sacramentis, de ipso quod tanto crepant hiatu, **D E I** Verbo, ex eorum hausta libris, eorum verbis expressa, axiomata cognoscite. Hæc, si purum, putum, vobis Dei videbantur verbum, nihil causæ dico, quin ego quod vultis supplicium, illud dependam: vos autem, agmine facto, quod absit tamen, ad Calvinum & istos novos verbi seminios eatis. Ordiamur à Deo. Quid de hoc Lutherus? quid Lutheri rhapsodiarum elimator Philippus? quid Noiuodunensis municeps Calvinus? quid gladiator Helvetus Cinglius? quid alij? attendite. Deus reprobos ad peccandum cogit, & necessitate quadam plusquam fatali impellit: z Si non cogit, nō impellit, sed permittit tantum scelera, nō est Deus omnipotēs, sed Deus Epicuriciocios, ignavus, improuidus. a Adulterium Davidis, scūritia Manlij, pditio Iudæ æquē Dei sunt opus, ac ipsa Pauli conuersio. b Latro Deo impulsore occidit, & ad peccandū cogitur. c Cum adulterium cōmittimus, aut homicidium, Dei opus est motoris, auctoris & impulsoris. d Idem vult Deus atq; Diabolus: e & hic illius mandato, imposturis suis reprobos illaqueat: f Calchutanum audire credas Diabolo triplici redimito coronā sacrificantem. Sed pergo. Potentia Dei infinita & absoluta commentum est, sicut prophanum, ita detestabile. g Nec credenda est, nec vniuersaliter recipienda illa Gabrielis Angeli propositio; Non est impossibile apud Deū omne verbū. h Deus ex quo Adamus peccauit desiit esse pater humani generis. i Tres in diuinitate personæ non statu, sed gradu; non substantiâ, sed formâ; non potestate, sed specie differunt: k Trinitas inspidum quid est & prophanum & barbarum. l Tres sunt diuinitates vt tres personæ. m Essentia diuina in tribus personis realiter & ab æterno distincta est. n Progrediamur ad perō

ad personam CHRISTI. Quid hic ista sibi
 volunt? In Christo aliquid est diuinæ naturæ. o Chri-
 stus Deus est à se, hoc est, distinctus à Patre. p Chri-
 stus non est genitus de Patris essentiâ. q Anima mea
 odit *οὐ μὸς οἶον* r Solus Pater propriè, & *καὸς ὑπὲρ οὐκ ἔστι*
 Deus est, & creator: Filius impropriè & secundariò. f
 Pater prima, Filius secunda vitæ causa est. t Duæ
 cōstituâtur in Christo vniones hypostaticæ; altera ani-
 mæ cum carne: diuinitatis cum humanitate altera u
 Christus homo personaliter à Deo distinctus est. x
 Essentia Patris nec ex toto, nec ex parte Filio com-
 municari potest, nisi Pater eâ priuetur. y Christum
 simul in multis locis esse posse, tam facile credo, quàm
 S. Annâ habuisse quinque capita; aut innocentem infantē
 barbâ duodecim cubitos prolixam. z Illa autē quàm
 sunt insignia: In isto, Verbum caro factum est, ad tro-
 pum necessariò confugiendum est. a Christus ex
 parte nobis tantum salutaris est, quâ de cælo descen-
 dit, non quâ ex Virgine natus est. b Christus &
 puer & adultus non secus ac homo quiuis laborauit
 ignorantia; c vt adoleuit corpore, ita & animæ do-
 tibus creuit. d Christus cum orans in horto gru-
 mos aque sudaret & sanguinis, sensu damnationis æ-
 ternæ cohorrui; e vocem edidit sine ratione, sine
 spiritu. f Christus cum actus in crucem exclama-
 uit, Deus meus, Deus meus, accensus est flammis infer-
 ni: g desperationis vocem emisit, non aliter ac si
 pereundū ei foret internecone sempiternâ. h Chri-
 stus post mortem crucis exanclatam gehennæ gustauit
 flammâs, & pœnas inferni pertulit, i Christus
 mortē corporeâ nihil nobis pfuisset, nisi anima quoq;
 eius cum inferorum copijs & æternæ mortis horrore
 quasi cōsertis manibus, fuisset luctata: & sic scelus no-
 strum suppliciumq; dependisset. k En uobis cruor

o Melach. in Loc.
 edit. Halæ Sue-
 uor. ann. 1539.
 fol. 8. & 10.
 p Cal. inst. lib. 1.
 c. 13. §. 23.
 q Bez. in Heshuf.
 r Luth. cōt. Latō.
 f Cal. ad 7. Gēt.
 in refutat. 10.
 Proth. & inst.
 li. 1. c. 13. §. 23.
 t Cal. in cap. 6.
 Ioan. 7. 57.
 u Bez. cōt. Smid.
 li. de vn-hypo-
 duarum in X^o
 naturar.
 x Bez. in resp. ad
 argumē. Brēt.
 de Omnipres.
 y Cal. in explic.
 perfid. Gentil.
 pag. 916.
 z Carolstad. in
 Dial. de coenâ.
 a Orthod. cōfess.
 pag. 18. & 123.
 & 196.
 b Cingl. lib: de
 ver. et fal. relig.
 c Calu. in Harm.
 c. Matth. 24. 7.
 36.
 d Cal. in Harm.
 c. 2. Luc. 7. 40.
 e Marlor. in c.
 Match. 26.

f Caluin. in Harm. Euang. g Brent. in Luc. part. 2. Homel. 65. & in
 Ioan. Homel. 54. h Calurnus in Harm. i Smidel. conc. de pass. & coenâ
 Domini. Æp̄tn. comment. in Psal. 16. k Caluin. Inst. lib. 2, c. 16. §. 10. & 11.

- ille tener, & delicatus, & regius, qui de innocenti Agni corpore lacerato fissoque scaturijt, ecquid apud eos habet pretij? Sed cognoscite diriora. Christum simpliciter & per se Dei velis iudicio opponere, merito locus non erit. **I** In Christi morte spectaculum desperationis plenum occurrit. **m** Sanguis Christi dudum dissipatus est, in rerum naturam non est: **n** ante annos mille quingentos in terram corruptus computrusus. **o** Crassus Lutheri prætor rubras induit caligas, eo quo Christus modo, è monumento egredi potuit. **q** Et hæc de Christo. Quid verò? De Dei filio, qui tam abiectione sentiunt, de Homine, de Peccato, de Iustitia, philosophabuntur magnificentius? Sed nimirum nota sunt hæc illorum mysteria. Imago Dei in homine penitus deleta est, nullam boni scintillam superstite. **q** Torana tura quoad animam omnes partes ita fuditus eversa est, ut ne renatus quidem sanctus quicquam sit aliud, quam mera contagio. **r** Animas post Adam lapsum ipse Diabolus procreat, & in se transformat. **t** Liberum arbitrii res est de solo titulo, imo titulus sine re. **t** Quid amplius? Ut Stoici reuiuifcant, Peccata omnia DEO iudice sunt paria: **u** nec magis peccat. Qui teneros caules alieni fregerit horti, Quam qui nocturnus sacra Diuum legerit. **x** Peccatum originis naturæ morbus est, nec culpabilis per se, nec damnationem inferre potest: **y** est intima substantia animarum **z** Nemo est certus se non semper peccare mortaliter. **a** Nullum peccatum damnare hominem potest, præter solam incredulitatem. **b** Omnia peccata alia Domini Simonis sunt peccata. **c** Iustitia nostra occultatio tantum est delicti, quam qui sola fide prehenderit, ille tam de salute
- I** Cal. inst. lib. 2. c. 17. §. 1.
m Cal. in cap. Matth. 27. v. 57 in harm.
n Cure: in Spōg. 239.
o Erast. in fundament. declar. pag. 29.
p Cingl. in tō. 2. resp. ad Luth. lib. de Sacram. fol. 461.
q Illyr. in varijs libr. de peccat. orig. Kemnit. cont. cens. Coloniens. &c.
r Calu. lib. 1. Inst. c. 15. §. 4. & 4. inst. c. 15. §. 10. & 11.
s Illyr. in varijs libr. de peccat. orig.
t Luth. tom. 5. Witterb. an. 1551 in adser. art. 36.
u Wicleff. apud Walden. lib. 2. de Sacram. c. 14 Cal. in antidot. conc. Trid.
x Horat. lib. 1. Sat. 3.
y Cingl. in lib. de Baptis. tractat. 3. **z** Illyricus & alij. **a** Luth. art. 35. **b** Luth. 2. part. Postil. German fol. 140. **c** Lut. in Postil. domest. fol. 259.

certus est, ac si iam pridem interminato cœli gaudio fruatur. **d** Iustitia nostra operibus non tantum soluta est, sed nec stare cum operibus potest. **e** Ad remissionem peccatorum satis est Baptismi repetere memoriâ: **f** Pœnitentię Sacramentum ementitum est. Christianus etiam volens salutem perdere non potest, nisi nolit credere. **g** In æternâ vitâ Theseum visuri sumus, & Scipionem & Herculem. **h** Credo, cum clauâ etiam & leonis exuijs, vt cœli ingressu ministros prohibeat. Vix mihi tempero, ait Erasm⁹ i quin dicam: Sancte Socrates ora pro me. Imò dicet iam olim Lutherus tuus rivalis dixit, Sancte Sathana ora pro me. **k** Mitto alia. Ad Sacramenta enim festino. Quot sunt igitur ea? Nouem. Witeberge quatuor; Lipsiæ tria; Geneuæ duo. **l** Quid sunt autem, & quid conferunt? Audite. Sacramenta repræsêntationes quædã sunt, aiunt illi, Christi absentis, vt Agamemnonis in scenâ: **m** nihil aliud Christianis, quàm quod roga Romanis: palliũ Græcis: cuculli Monachis: **n** quàm tessere militares, quibus Christianos nosse pdimus, vt ille se Heluetium, qui crucem gestat albam. **o** Hyperbolicę dicendi figuræ sunt, & immodica encomia, quæ de vi eorum ac efficacîâ in literas S S. Patres retulerunt. **p** Tantum abest, vt gratiã conferant, vt ne adferant quidem, aut dispensent. **q** Ea Diabolus etiam rectè atq; ordinè administrat. **r** Verbis, quibus ea conficiuntur, magica inest **s** incantatio. Et sufficit hoc? Minimè **t** Baptismus vel nihil est: **u** vel significatio duntaxat salutis est, **v** non secus ac clauis tradita à iudice signum possessionis: **x** à D. verò Paulo lauacrum regenerationis improprie dicitur. **y** Ab eo salutis nostræ ducere initium error sordidus est. **z** Etiam ante illũ, & sine illo sancti infantes, non ij tantum qui cum Deo coniunctos proprios parentes habent; sed

Cal 3. inst. c. 28
 J. 28. & 42.
 Luth. Cal. Antino. passim
 Cal 4. inst. c. 19.
 J. 17.
 Luth. li. de capti. Babylon.
 Cingl. tō. 2. in exposit. Christ. fid. ad Gallorũ Reg. fol. 559.
 In colloq. in cō. ui. relig.
 Luth. serm. cō. c. 26.
 Vid. Staph. defes. adu. Melanctho. fol. 138.
 Curæ in Exe. ges. fol. 88.
 Carolst. & Sacramentar. teste Lut. in 2. script. cōt. Reg. Angl. Cingl. in lib. de Baptismo.
 Cal. 4. inst. c. 34. J. 26.
 Cingl. in Fid. rat. ad Carol. Luther. lib. de capti. Babylon. Cal. 4. inst. c. 17. J. 39.
 Philip. in Loc. tit. de signis. Cal. inst. li. 4. c. 35. J. 2. & 10.
 Bez. in colloqu. Mompelgart.

x Bez. lib. 2. qq. pag. 68.

y Bez. in colloqu. Mompelgart.

z Bez. lib. 2. qq. pag. 64.

ij quoq; qui aliquem ex maioribus a etiam ante mil-
 le generationes. b Non plus potest ad iustificationem
 nostram, quàm apud Iudæos mare & nebula. c Si
 habeas: bene, si careas nihil damni. Nec enim lex cum
 vlla præscribit. d In quouis nomine conferri potest:
 modo ille qui suscipit, suscipiat in nomine Domini. e
 Christus Baptismi formulam certam non instituit: f
 sufficit recitatio symboli & aquæ ceremoniat: g imò
 ne hæc quidem necessaria est; Etiam cereuisiâ baptis-
 zari is potest, & òni eo, quod lauacri nomine venit. h
 Et de Baptismo hæc sunt. Quid de tremendo dicam
 Eucharistiæ mysterio: Animus horret. Perinde est, as
 iunt illi, cum quis dicit, si te angunt peccata tua, accipe
 corpus **CHRISTI**, ac si dicat, quando esuris, accipe
 pugnum hordei in remissionem peccatorum. i Es-
 sitatio siquidem carnis Christi nihil prodest: k nihil
 aliud gignere potest, quàm carnem. l Cæna in quâ
 ore corpus Christi sumitur, cæna eiusmodi est, quàm
 Tantalo ne inferi quidem inuideant. m In Eucharis-
 tia Christus non nisi fictitius est, qui non magis nos
 exaudit, quam Baal suos sacerdotes: n non nisi (&
 parce mihi Christe Iesu referenti) numè farinaeum, o
 fursuraceum, p **DEVS** coctus. q Defensores
 præsentia Christi thronum stabiliunt Dei Maozim: r
 asini sunt per ònia sæcula sæculorum. s Panis ab A-
 postolo vocatur corp^o Christi sicut fascis magistratus,
 vellus aureum ordo patricius. t Verborum, Hoc est
 corp^o meū non alius est sensus, quàm eorū, Septē boues
 sunt septem anni. u Excrementum est Sathanæ dog-
 ma de orali manducatione: x commentum cuius
 queat vel ipsum Diabolum pudere. y ἀνθρώποις
 sunt z immaniores Scythis, a Canibalibus, b
 Diomede c qui ore sumunt Christum. Asserere cor-
 pus Christi ore percipi, ad ollas est respectare **Ægypto**

a P. Mart. sup. Genes. p. 69.
 b Bez. in sum. Christianis. p. 140.
 c Cingl. de peccat. Orig.
 d Oecolamp. li. 2. epp. Zuing. & Oecol. fol. 80.
 e Lut. lib. de cap. Babylon. c. de Baptismo.
 f Cingl. li. de verâ & fals. relig. c. de Baptis.
 g Brêt. in Catech. c. de Baptism.
 h Lut. ferm. cõu. tit. de Baptis. fol. 199.
 i Carlost. Dial. de cænâ.
 k Cingl. li. de ver. & fals. relig. fol. 240.
 l Idem ep. ad Alber. fol. A. 4.
 m Oecolamp in lib. de verb. Domini.
 n Bez. in Creoph. fol. 40.
 o Bez. anot. 4. in z ad Thessa.
 p Idè cõr. Smid. & Selne.
 q Cgl. Sec. Cur. in Pasquil. Ecstat. r Curæ in Spong. s Bez. in Creoph. fol. 191. t Abdi. Liber. in Synt. pag. 5. u Curæ in Exeg. x Bez. lib. 1. epp. fol. 296. y Bez. ib. 44. z Cingl. lib. de ver. & fals. relig. a Idem ep. ad Alber. B. 5. b Bez. 3. Apol. cõt. Seln. c Oecol. lib. de verb. Domini.

ptiacas: ^d velle defendere, Herculem est in morfu
 pulicis inuocare. ^e Et quid amplius desideramus?
 Pisces & radices non minus rectè quàm panis in eius
 vsu adhibentur. ^f Ad verba autem Christi, Hoc est
 corpus meum, sinistro tantum oculo respiciendum est,
^g recto ad illa, Caro non prodest quicquam: ^h quip-
 pe cortex illa tantum sunt literæ: ⁱ sunt nimis sicca;
^k sunt quinquiverbia probatio: ^l sunt tria impos-
 tentia verba: ^m quibus Christum Iouis Elicij instar
 in panem Papistæ deuocant: ⁿ planè vt Caluini aut
 Bezæ fuisse discipulum credam, qui cum inopiâ calicis,
 cochleari vteretur in administrandâ suâ cenâ, Accipe,
 inquit, & bibe, hoc cochlear est noui testamēti. ^o Ve-
 rum ego ad Dei verbum venio scriptum. Ecce vobis
 eius elogia quàm præclara! Moysen nequã audire nequã
 videre volumus. ^p Est magister omnium carnificum:
 est Christi Domini hostis, ^q Liber Iudith Tragœ-
 dia est aut fabula. ^r Liber Tobie Comœdia, in quâ
 de mulieribus sermo: multa sunt in eo ridicula & stulta.
^s Libri Iob poetaster quispiam author est. ^t Eccle-
 siasticus Iurista est vel legis Doctor: de Christo nihil
 quicquam vel nouit vel docet: ^u Libro secundo Ma-
 chabæorum, ait Lutherus, & libro secundo Hester tam-
 sum infensus, vt magno emerim neutrum eorum exta-
 re: continent multa, quæ gentilium superstitionem sa-
 piunt: ^x et ille non plus probat quàm Ioannes de
 Monteuilla. ^y Ecclesiastæ nimium deest, nec ocreas
 habet nec calcaria: equitat in foccis tantum, quemad-
 modum ego, dum vixi in cœnobio: ^z Canticum Solo-
 monis cantilena est de amicula: & cum pedisequis au-
 læ colloquium amatorium. ^a Epistolâ Iacobi no-
 lo habere in meis Biblijs, arida est, tumida est, straminea
 est, non sapit Euangelicum genium. ^b Epistola ad

^d Cingl. in cōfess.
 ad Carol. E. 7.
^e Gualt. in præf.
 ep. ad Rom.
^f Bez. ep. ad Thō.
 Til. p. 27. &
 ep. 25. p. 154.
^g Victor. Stri. in
 prælect. publ.
 an. 67.
^h Cingl. lib. de
 ver. & fal. re-
 lig.
ⁱ Caluinist. in Pa-
 lingen.
^k Cingl. in lib. de
 ver. & fal. re-
 lig.
^l Mart. Dialog.
 cōt. Brent.
^m Burē in cōuēt.
 an. 60. Bremg.
ⁿ Gualth. in præ-
 fat. ep. ad Rō.
^o Vid. Vlemberg.
 caus. 20. f. 727.
^p Lut. tō. Ienen.
 Germ. 3. fol. 40
 47.
^q Luth. serm. cōu.
 fol. 152.
^r Ibid. fol. 481. &
 482.
^s Ibid.
^t Ibidem. 482.
^u Ibid. 481.
^x Ibid. 481.
^y Cingl. tom. 1
 in explanat.

art. 57. ^z Luth. conu. serm. 481. ^a Castal. in præf. in cant. Vide Bez. præfat.
 ante comment. Cal. in Iosue. ^b Luth. in 2. præfat. eius epist.



i dem in prefat: Hebræos nec Pauli est nec ullius Apostolorum: lignū
 ep. ad Hebræ. in eâ, & scenum, & stipulæ meræ. **c** Epistola Iudæ pro
d Idem tom. 2 pter solum Papam scripta est: aduersatur Euangelicæ
 resp. ad Ambr. libertati. **d** Mattheus sæpè citat veterum Prophetar
 Cather. p. 153. rum sentētias contrà germanum & propriū sensum. **e**
e Cal. in. Mat. pass: Ioannes peccauit Apostasiâ. **f** Lucas multas sententias
 c. 2. c. 4. c. 8. Euāgelio suo ex abrupto infarciit: **g** vnâ cum reliquis,
f Bulling & Marl. in Apoca. c. 19 declamatoriè & nugatoriè, de Christo Hierosolymam
 & 22. ingresso, exponit illud, Ecce Rex tuus. **h** Apocaly
g Cal. c. 5. Matt. & 6. Lu: 7. 40 phis est similis quarto Esdræ. **i** Quid autem? Quar
h Schlüsselb. ex tus Esdræ qualis? sunt in eo pulchræ & bonæ etiam
 Cal. in Theol. nenix. **k** Quid potest honorificentius? quid ad lau
 Cal. lib: 2 c. 6 dem diuinarum tabularum accommodatius? Et Pro
i Lut: in præf: in phetas hæc tangunt & Apostolos & Euangelistas.
 Apocal: Quid æterna Sapientia Christi? Quid? Audite Cererem
k Idem serm. cõ- Geneuensem, audite & obstupescite. Christus ait, dis
 uiu: fol. 481. ferens duras sæpè & longè petitas adhibet similitudis
l Calu. in Luc. c. 16 nes: **l** & quæ non ex omni parte quadrent: **m** suo
m Id. in Luc. c. 12 peruacuas illationes. **n** nec satis aptas proposito
n Id. in c. Matt. 7 sæpè parum solidè ratiocinatur: **p** verba prophetar
o Id. in c. 1. Ioan: rum in alium sensum deflectit: **q** parum solidè ad
p Id. Matt. 9 v. 5. uersarios refutat: **r** interroganti autem, Quid faciã
q Id. in c. Mat. 12. vt vitam æternam possideam? ita responder, vt viam
r 7. 25. potiùs indicet ad æternam damnationem. **s** Hy
f Brent: in Euang. perbolæ sunt & Hyperochæ omnia eius promissa fa
 Dom. 13 post cta bonis operibus: **t** locutiones improprix. **u**
 Trinit: Tempora. Tempora qualia mōstra peperistis! Verùm
t Cingl: tom: 1 li: de prouid: restant pulcherrima de vitâ & moribus frustra; paucis
u Cal: in c. Matt: 6 ea quæso vos patienter accipite. Res vxoria tam est
 7. 6. cuiq; necessaria, vt esca, potus, somnus. **x** Si nolit
x Lut in li. de Vit: vxor, veniat ancilla. **y** Ideò es conditus à Deo vt
 coniug: sis maritus aut vxor. **z** Non præceptum est, sed
y Lut. ser. de Matr. plusquam præceptum illud, Crescite & multiplicamini.
z Ibid. **a** Decalogus nihil ad nos; **b** nullum est in Euang
a Ibid. **g**elio
b Lut. in serm: de Moyse.

gelio præceptum. **c** Abi ad Iudæos cum tuo Moyse. **d** Erga Deum nullis indigemus operibus, sed sola fide. **e** Cum solo Isaac nobis veniendum est, id est cum fide: seruos & asinos, hoc est, opera oportet dimittere. **f** Via ad cælum est angusta, necesse est ut gracilis fias, si transire velis: qui bonis operibus onusti sunt, per hanc viam nunquam se penetrabunt. **g** Quanto sceleratior es, tanto citius Deus gratiam infundit. **h** Planes

Aude aliquid breuibus Gyaris ac carcere dignum

Si vis esse aliquid ; — — —

Non opus est, Evangelicam fide præditi ut pro cælo assequendo laborent: iam nunc illud certò tenent: tantum ad id iuris habent, quantum Christus ipse: nec damnari possunt, nisi Christus damnetur. Omnes actiones bonæ sunt peccata. **i** Constante asserimus orando etiam peccare iustum. **m** Iura Mosaica quæ cogunt plurimum esse vxorum virum, non magis abrogata sunt, quam reliqua omnia. **n** Vxorem proximo mariti sui cõsanguineo nubere, ut præceptum non est, ita nec vetitum. **o** Clamo fidenter Christianis nihil villo iure posse imponi legum, nisi quantum volunt. **p**

Hæc sunt, Auditores, ex infinitis pauca illi puri, & puti, ac defecati, & ab omni Pontificio cæno repurgati Evangelij decermina: è quibus si à Deo sese missos illi euincere, vos persuaderi velitis, sanè quidem per me licet; dummodo per Deum vtrique vel Deum ventrem **q** intelligatis, vel Deum huius seculi. Poterant adferri plura, sed omitto ea lubens, siue quòd manum me tollere de tabulâ tempus iubet: siue quòd vereor, ut vel hæc vobis pauca nauseam, aut, ut cum Tertulliano loquar, euerfionem cerebri cõciuerint. Satis enim istam superque camerinam commouit. Quod & desinam, si illud vnum impetrauero à vobis, ut quam

c Lut: in præfat. nou. testa.
d tom: 3. Ien. Ger. fo: 40. 47.
e Lut: in ferm. de piscat. Petri.
f Ibid.
g Id: Postil. Ger. part: 2 fol: 354.
h Lut. ser: de piscat. Petri.
i Iuue sat: 7
k Cingl. tom: 1 in act. disp: Tigur: fol: 628
l Lut. ser: de piscat. Petri.
m Idem ferm: de Ascens: Dom:
n Idem lib de Digã: Episcopp:
o Lut: in ferm. de Matrim.
p Lut: in lib: de capt. Babylon.
q ad Philip: 3. v. 19.
r 2. Cor. 4. v. 46.
s Ter. li: de presc:

quam hac præbuitis / tenus , pro vestrà humanitate,
audientiam, eam in reliquo etiam dissertationis mihi
cursu conferuetis. Spero, quæ vestra facilis
tas s^t, impetraturum : certè vt impetrem
maïorem à vobis in modum etiam
atq; etiam contendo.

DIXI.

LAUS DEO ET VIR-
GINI MATRI.

MINISTRIS BONA
MENS.



0
5
-
6



THESES CATHOLICÆ,
De Vocatione Ministrum Euan-
gelicorum.

MINISTRIS IN M. D. LITHVA-
niæ Calvinianis, Vilnam Ducatus eiusdem Metro-
polim ad 6. Idus Iunij congregatis, proposite.

A.

M. QVIRINO CNOGLERO
Logices olim & Eloquentiæ in eorum cætu
Professore ordinario.

VILNÆ, Typis Acad. Societ. IESV. M. DC. III.

